



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXVIII. Mandatum ad gesta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

lum, aut inlustri viro illi, ad præsens, aut post discessum delegavit, in vice sua, vt mos est gestis municipalibus ipsam donationem debeam alligare: vir honestus defensor dixit illi, Mandatum quod in te cōscriptum habere dicis nobis ostende, vel in præsentem recitetur.

XXXVIII. *TEXTVS*  
*mandati.*

**D**Omino magnifico fratri illi, Dille. Peto & supplico charitati tuæ, vt in vicem meam epistolam donationis, aut testamenti, seu cessionis, quam de rebus meis illis, ad basilicam illam pro animæ meæ remedio, aut inlustri viro illi, post discessum meum, vel ad præsens delegavi, in ciuitate illa publicè prosequere, & gestis municipalibus, vt mos est, eam debeas alligare. Propterea tibi hoc mādatum cōscripsi,

170 MARCVLFI MONACHI  
vt sicut superius continetur, taliter  
prosequere & firmare debeas; &  
quicquid exinde egeris, gesserisue,  
ratū & definitum apud nos esse co-  
gnoscas. Factū mandatū tunc, ibi,  
anno illo. Post recitationem man-  
dati, vir honestus ille defensor dixit,  
Mandatum quidem recitatum est,  
sed superscripta donatio, testamen-  
tum, aut cessio quam præ manibus  
habere dicis, nobis præsentibus re-  
citetur, & vt postulas gestis publicis  
firmetur. Quam vero donationem  
ille professor recitauit. Post reci-  
tationem verò, vir laudabilis ille  
defensor & curiales dixerunt: epi-  
stola quæ recitata est, gestis publicis  
inferatur, & quod ille prosecutor  
vult & petit, gesta ei publicè dêtur:  
Ille prosecutor dixit, sufficit mihi  
bone defensor, & donatio quæ re-  
citata est, si mihi gesta tradere iu-  
beatis: ille defensor dixit, Et quia

epistola donationis, aut cessionis,  
 seu testamenti, & mandatum in te  
 conscriptum per ordinem condita,  
 & bonorum hominum manibus  
 roborata, atque signata, manifesta  
 esse cognouimus, dignum est vt ge-  
 sta ex hoc conscripta, atque subscri-  
 pta tibi tradantur, & vt in arcipi-  
 bus publicis memoranda seruentur:  
 Edatur super ordine, & mandatum  
 suum in loco, & totus textus, &  
 manumissoris epistolæ scribantur:  
 & postea defensor, & curiales ci-  
 uium, & reliqui eam subscribant,  
 atque signent.

XXXIX. *EPISTOLA, SI ALI-*  
*qui rem Ecclesie ad usum habeant,*  
*& eorum proprietatem pro*  
*hoc donent.*

**D**omino sancto & Apostoli-  
 co, Domino & in Christo pa-  
 tri illi Episcopo, ille & coniux mea